Quelle: https://manuscripta.at/?ID=812
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



benedicta ad obcludendas scorum reliquias in locum al
taris et reseruetur ad tempus. et postea ipsam aquam
remanentem fundat ad basim altaris et a diaconibus vel presbiteris
extergatur altare de lintheo. Postea pontifex deferat incensum super
altare et dicit scola. v. Dirigatur domine. Tunc de oleo scificato fa
ciat pontifex crucem in medio altaris. et per iiii angulos altaris duabus vi
cibus dicit
Sanctificetur hoc altare in nomine patris et spiritus sancti. Amen.
Cum primum inunguit. Pax tecum. Et cum spiritu tuo. Antiphona. Erexit
iacob lapidem in titulum fundens oleum de super. Quam dilecta.
Mane surgens iacob erigebat lapidem in titulum fundens oleum de
super uotum uouit domino uere locus iste sanctus est et ego nesciebam.
fundamenta. Et unguat item oleo sancto ipsum altare dicendo.
Scificetur hoc altare ut supra. Semper incensum in circui
tu altaris alio sacerdote ferente. Postea expletum psalmum mit
tat iterum oleum similiter sicut prius cantando antiphonam.
Antiphona. Edificauit moyses altare domino deo. Postea Dominus noster. Hoc facto
sumat crisma. et faciat similiter crucem sicut supra dicit.
Sanctificetur hoc altare. Sequitur. Vnxit te dominus oleo
leticie pre consortibus tuis. Postea Eructauit. De inde dicat episcopus.
Consecretur et scificetur hoc altare quesumus domine ad
laudem et gloriam nominis tui. et in honorem et uene
racionem omnium sanctorum per istam unctionem et nostram bene
dictionem. Qui uiuis. Et interea alius sacerdos in
circuitu altaris semper ferat incensum. Deinde in
circuitu ecclesie uadat pontifex et faciat cruces per